

excellenter expendens D. Hilarius *Can. xviii in Matth.* ait illos « hominum desideria et postulationes ad *extremum* et invisibilem Deum ambitiosam famulam et ministerio pervenire, quod ipsum D. Athanasius orat. 2 *Contr. Arian.* admiratur dicens eos nobis inservire *εργαζόμενοι καὶ κερταζόμενοι, sursum et deorsum commentantes*: alludit nimirum doctissimus Pater ad Jacobi scalam *Gen. xxviii, 12*, mysteriis arcanis plenissimum, in qua Cyrillus Alexandrinus lib. IV *Glaphyr.* expressam vult divinorum spirituum *ἐνω καὶ κἀνο διαδραμάς, sursum et deorsum discursum*, pro salute et bono universitatis. Id quod more suo pie S. Augustinus expendens *Soliloq.*: « Adsumt, inquit, nobis solliciti discurrerent inter nos et te, Domine, gemitis nostris atque suspiria referentes ad te, ut impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, et referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. » Hos ergo salutis et felicitatis nostræ patronos gratiosos, dies noctesque de nobis sollicitos, non omni officio prosequamur et studiosissime veneremur? Absit a nobis tam fœda et detestanda ingrati animi labe, quæ in solis Oreo jam devotis hereticorum pectoribus infixæ residet; quin potius a diverso omnem iis cultum et reverentiam tribuamus, atque intimo animi sensu illos amemus, sic tamen, ut fateamur omnes, et præ nobis feramus, nullis officiis et religione consequi posse, ut eorum ergo nos studium et presentem voluntatem æquasse videamur; quo proinde nobis est providendum studiosius, ut saltem memori mentis inexplicabilem eorum benevolentiam et illustria promerita versemus, et quotidianis votis celebremus.

Eandem ob causam sanctis quoque hominibus, quos Deus ob eximiam vitæ innocentiam et animi puritatem, cœlestesque virtutes beatissimum spiritum cœlestibus aggregavit, et, ut S. Dionysius *Ecol. Hier.* cap. iv loquitur, *εργαζόμενοι, pures angelis reddidit*, par quoque pie religionis cultus merito debetur: quamohrem S. Pater tam sedulo nos monent, ut frequenter mentis oculos intelligentiam in beatos cœli cives et Dei amicos intendamus, idque propter duo potissimum quædam præstabilia commoda, quæ ab illis in nos derivantur, scilicet presidium et exemplum; quemadmodum disertè S. Leo Pontifex Maximus in orat. *de S. mart. Laur.* proficitur dicens: « Mirabilis Deus in sanctis suis, in quibus nobis et presidium constituit et exemplum. » Eodem sensu S. Augustinus lib. IX *Contr. Faust. Manich.* ait populum christianum religiose viros sanctos colere « ad excitandam imitationem, et ut eorum orationibus adjuvetur, » ubi id quod S. Leo vocat *εργαζόμενοι*, hic orationem *αὐποικετον* appellat, qui sunt eximii duo illi fructus, quos ex sanctorum sacro ac religioso cultu referimus; de quibus apud se cogitans Nyssenens Gregorius hom. 7 in *Cant.* dicere non dubitavit, quacun-

Omnino studio nobis venerandi.

Sanctis hinc par angelis honor et veneratio debetur.

Sancti sui nobis in presidium et exemplum.

que fiebant a sanctis, quos vocat *εργαζόμενοι*, id est *Deiferos*, Deo plenos, et a Numine afflatos, fuisse *τύπος καὶ διδασκαλίαν, typos et doctrinam*, sive eruditionem eorum quæ sunt ex virtute. Id quod divine expendens B. Theodorus Studita, qui et ipse fuit multorum millium piæ et religiose videntium ductor et antesignanus, *Serm.* 109 dicebat illos qui præclare vixerunt esse illicet quosdam præclare posteris emulacionis objectos, quod nimirum præstans eorum vitæ exemplis omnium virtutum illuminata clarissimis ad mortalium imitationem in consequens omne tempus recordatione transmitteretur: hæc est enim divina vere suadela, quæ non verbis, sed virtutibus loquitur, nec multæ aures dictionis polite sono atque dulcedine, sed cor vibrat et attollit in cœlum.

Hoc spectat laudabilis illa consuetudo jam inde a primis Ecclesie orientis temporibus S. Dionysio teste frequentata, quæ juxta canones antiquis sacro Missæ officio adjugebatur *τὸν ἱερὸν κτηνὸν ἀναγγέλλου, sacrorum tabularum recitatio*, in quibus nomina continerantur eorum qui vitam pie religioseque concluderant; unde etiam hodie usus obtinet, ut quotidie in *Hor. Can.* ad Primam publice in choro martyrologium recitetur. Hujus autem sacre commemoracionis ritum et utilitatem S. Dionysius *Ecol. Hier.* cap. III, part. III, § 9 his verbis sane pulcherrimis describit: *Τὸν δὲ ἱερὸν κτηνὸν ἡμερᾶ τὴν εἰρηνὴν ἀναγγέλλου ἀνακρίβηται τῶν ἁγίων βίβλων, καὶ ἀπὸ ἱερῶν βιβλίων, ἡδὲ ἀπὸ ἀποστολικῶν ἀποκρίσεων ἀνακρίβηται: ἡμερᾶ μὲν ἐστὶ τὸν δὲ ἱερὸν κτηνὸν παρακρίτου ἕκαστος καὶ ἐκαστὸν ἁγίων περὶ τὴν αἰὶν καὶ χριστοφύλακτα, τὸν δὲ ἁγίων ἁγίων ἀνακρίβηται, καὶ ἁγίων ἁγίων, ὅς περὶ τὴν αἰὶν καὶ ἐκαστὸν ἁγίων ἐκαστὸν ἁγίων ἐκαστὸν παρακρίτου, Sacrarum porro tabularum quæ post pacem adhibetur recitatio deprædicat eos qui sancte vixerunt, atque ad proliam vitæ perfectionem constanter perseverant; nos quidem eorum imitatione ad beatissimum illum statum divinamque sortem adhortando et monuendo, illos vero cœu viuentes celebrando, quippe, ut theologia docet, nequaquam mortuos, sed ex morte ad vitam divinissimum transulatos. Quare de omnibus *μακαρίταις*, qui lætissima Dei societate et conspectu fruuntur, vere merito id dici potest, quod S. Augustinus *Serm.* 5 *de Sanct.* de B. Stephano principe illo martyrum pronuntiavit, scilicet sanctos « omni Ecclesie datos esse ad profectum, » profectum enim nobis plurimum exemplum, presidium, meritis, gratia apud Deum, benevolentissima sua charitate atque oratione, quibus quam maxime juvamus, instruimus, ad ecclesia attollimur, et omni honorum genere cumulamur: quoniam tanquam omnino rebus nostris, et de nobis cogitant y mystici corporis Christi membra, quæ sibi in eam compatiuntur, et ejusdem matris filii, qui mirifico et perenni amore se diligunt: hinc pro nobis summo Regi et Dominatori indesinenter supplicant, de salute sua securi, de nostra solliciti, fratrum suorum curam*

Sancti sui Deo pleni, typi et doctrina nostra.

Sacrorum commemoratio in Missa et horis canonicis quædam sibi vult.

providentiamque gerunt. Quod si enim nos tueri cœlestes et juvare nolent, abesset illa patriæ charitas, quæ tamen a doctissimis theologis ensummata et perfecta dicitur; si non possent, deesset illa cumulata gloria, quæ omnem imbecillitatem inscientiamque absorbet; quæ omnia cum indigna sint felicissimo gloriæ statu quo perfuntur, fateamur illos esse est, et velle sanctos atque posse nos favore apud Deum suo meritisque protegere, nos continuis attollere precibus et auctoritate, nos amore illo suo vivido et invicto ad eundem honoris sinum et sempiternæ lætitiæ voluptatem velle adducere. Hoc qui negat, næ ille impius est, et ingratus, atque invidus gloriæ sanctorum, utpote qui nimio livore ac scelerati animi vilio excecatus pulcherrimum eorum decus splendoremque non videat toto terrarum orbe radiantem; ideoque non modo in Deum ac sanctos ejus contumeliosus et impudens est, sed in omnem etiam rerum universitatem, quæ sanctorum clarissimis beneficiis ejus exornata est atque distincta. Quamobrem in eam qui tam clara sanctorum gloriæ detractat, cum vere stultus sit et invidus, jure optimo quadrat illud quod hic in sacro textu subjungitur:

Vere. 2. 2. VERE STULTUM INTERFICIT IRACUNDIA, ET PARVUM OCCIDIT INVIDIA. — Habet nimirum hoc vehemens ira fervor, ut hominem impotenter ac stolidè irascentem gravissime ledat, et nonnumquam occidat; habet id ipsum quoque ingens invidentiæ livor, ut invidum aliorum prosperitatem tabescentem consumat et interimat; est autem verborum *Ελιφάζ* sensus istiusmodi, *q. d.* Animadverbo te, o Job, nimis impatienter excaudisse, et eo prorupisse vesania, ut te tuus furor interimat; immane profecto stultitiæ monstrum est hoc ita ferere ut temetipsum discerpas, atque ita invidere alienæ felicitati, a qua justo Dei judicio excidisti, ut præ livore contabescas, eo ipso parvulus et omnino vilis effectus, quod alienam beatitudinem tuam esse miseriam arbitreris. Atque hic est proprie sensus verborum *Ελιφάζ*, quæ quidem in terminis generalibus expressa sunt, sed in terminis particularibus applicatur: quamobrem ut in particulari verificetur, in homines iracundos et invidos, illos quidem dementes, hos vero degeneres et exiles deridenda sunt.

Expende autem adverbium *verè*, pro quo in aliquibus codicibus legitur *virum*: sed in *Hebræo* habetur adverbium *ׁכי*, quod significat *certè, equidem, sine dubio*; Septuaginta vertunt *καὶ ἴδι, etenim*. Observa itidem quam aperte iracundiam cœ pleno *stultum* appellet, est enim iracundia inimica consilio, et bonas mente collectas rationes disturbat, sic ut tanquam amens se homo gerat, unde prudenter priscus ille Cato: « Iratus, inquit, non nisi tempore distat ab in-

sano; » et *Phillemus Cæsar*: *Μακροχρόνους ἄνθρωπος distat ab ἄνθρωπῳ, insanimus omnes cum irascimur*, cui consentit Arnobius lib. I *Contr. Gent.* dicens: Quid aliud est irasci quam insanire, quam furere? sane si Seneca antiquus lib. I *De Ira*, cap. 1: « Nihil moderatum suadet hic affectus, totus in impetu doloris est, armorum, sanguinis, suppliciorum, minime humana furens cupiditate; dum alteri noceat sui negligens; in ipsa irruens tela, et ultionis secum nulla tractare avidus. Quidam itaque e sapientibus iram dixere brevem insaniam: æque enim ac illa sui impotens est, deoris obliata, necessitudinum immemor, in id quod cepit pertinax et intenta, rationi consiliisque preclusa, vanis agitata causis, ad despectum æqui verique inhabilis, ruinis similima, quæ super id quod oppressere franguntur. » Ita bene quidem stoicus ille; sed divinius longe S. Gregorius lib. V *Moral.* cap. xxxi: « Per iram, inquit, sapientia perditur, ut quid quoque ordine agendum sit omnino nesciatur, sicut scriptum est *Eccl. vii, 10: Ira in corde stultum requiescit*, quia nimirum intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permovendo confundit. Per iram justitiam relinquunt, sicut scriptum est *Jacob. 1, 20: Iræ iri justitiam Dei non operatur*, quia dum perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat, omne quod furor suggerit rectum putat. Per iram gratia vitæ socialis amittitur, sicut scriptum est *Prov. xxii, 24: Noli assidue esse cum homine iracundo, ne disipas semitas ejus et sumas scandalum animæ tuæ: item Prov. xxiii, 14: Quis poterit habitare cum homine, cuius spiritus facilis est ad irascendum?* quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est ut bestialiter solus vivat. Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est *Ephes. iv, 26: Sol non occidat super iracundiam vestram*, quia cum menti iracundia confusiois tenebras iniecit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Per iram S. Spiritus splendor eximitur, juxta quod scriptum est *Isai. lxxvi, 2: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et tremulentem sermones meus?* cum enim humilem diceret, quietum prolium adjuvit. Si ergo ira quietem mentis subtrahit, soam S. Spiritus habitationem claudit, cuius recessione animus vacuum ad apertam mox insaniam ductur, et usque ad superficem ab imo cogitationum fundamento dissipatur: nam ira suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus iræmit, lingua se præcipit, facies ignescit, exasperantur oculi, et nequaquam recognoscuntur notæ. *Lingua* quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat, » etc. Ita divine sanctus ille Pater, qui *ibid.* ira mala gravissima fustus prosequitur iratos cum arreptis comparando, quibus meo quidem iudicio nihil præclarior, nihil ad hunc locum illustrandum aptius adferri potest. Plura qui volet ira damna intelligere, consulat S. Basilium *Orat. 10*, quæ tota est de hoc argumento, et Tollenarum nostrum in *Spec. curat.*

Vere. 2. Ira invidiosa possessorem suum destruat.

Ira irascens patet.

Quoniam sancti nobis presidium.

Sancti eorum vestri gerunt.

ad Ecclesiae cap. vii, vers. 40 et que *infr.* ad cap. xviii, vers. 4, annotavimus.

Invidia vitiosa est post-toriorum.

PARVULUM OCCIDIT INVIDIA : — hoc enim pusillum proprium est vitium, quibus invidia maxime dominatur, ut ad hunc locum D. Thomas et reliqui interpres animadvertunt, quemadmodum scilicet planeta superior haudquaquam inferiorem, sed vice versa inferior superiorem eclipsat et obscurat : ita viri magni nunquam parvis et abjectis hominibus invident ; sed e contra pusilli et vilissimi homunciones herois et majoribus plerumque invidere consueverunt ; siquidem invidia necessario est potentiae comes, adeo ut nulla fuisset in terris hominum invidia, si aequalis fuisset hominum conditio : quoniam, ut Cicero lib. II *De Orat.* ait, « invidetur tantum praestanti florentique fortunae. » Unde Romani quamdiu caeteris nationibus potentia opibusque praesabant, quod essent in primis generosi, nulla olim agitantur invidia, de quibus diserte dicitur I *Mach.* viii, 16 : « Non est invidia neque zelus inter eos, » quoniam postmodum eorum animis una cum potentia decreverunt inter eos quoque invidentia gliscere coeperit, et in tanta reipublice ruinam accreverit, ut *ibid.* Lyranus advertit. Quin nec angeli quamdiu in statu gratiae fuerunt nulla hominum invidia laborarunt, si vera est S. Chrysostomi opinio hom. 22 in *Genes.* : « Quomodo rationi consonum est angelum incorporeum, et in tali dignitate constitutum, homini invidere corpore circumamictio ? Sed invidit, qui a superna gloria in extremam ignominiam dejectus est, » quasi scilicet invidiae conditio adeo vilis sit et abjecta, ut non nisi in villi abjectaque natura, aut certe in villi abjectoque statu reperiat ; unde pulchre ad hunc locum S. Gregorius lib. V *Moral.* cap. xxxii : « Invidere, inquit, non possumus nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus ; parvulus ergo est qui li-vore occidit, quia ipse sibi testimonium perhibet, quod eo minor est cujus invidia torquetur, » quod deinde plurimis exemplis et testimoniis confirmat.

Romani minime invidi, et cur.

Angeli non erant invidia, et cur.

Notandum in Hebraeo pro parvulo haberi פתח pote, quae vox ut varia significat, ita varias hoc loco patitur expositiones ; Septuaginta transtulerunt παρὰ τὸ μικρὸν, errantem ; Aquila ἐπιφθόνος, illecebris deceptoris ; Chaldaeus vero שֶׁבַרָה sebarā, id est stultum ; quidam Hebraei inclinantem exponunt, id est cuius inclinatio sine animi propositio ad optima et felicissima quoque tabescit invidia. Sed verbum פתח patah Pagino proprie significare videtur declinare, scilicet cor ad ea quae sunt praeter rationem et veritatem ; unde etiam errare, decipi et seduci significat, prout transtulit Vulgatus noster dicens *Jerm.* xx, 7 : « Seduxisti me, Domine, et seductus sum ; » et hac de causa Septuaginta interpretes converterunt eo modo quo diximus. Et quoniam stulti est decipi, atque ad ea quae pulchra videntur facile inclinari, idcirco Chaldaeus

stultum transtulit ; quoniam puerorum proprium est esse rerum imperitos (juxta illud Pauli I *Corinth.* xiv, 20 : « Nolite pueri effici sensibus ») idcirco Vulgatus parvulum verit, Symmachus νέτρις, ignarum : in qua significatione hoc loco proprie sumitur, non autem pro eo qui pusillo animo sit.

Porro pro invidia in Hebraeo est תַּנְּזֵל chinah, a verbo תַּנְּזֵל chana, quod proprie significat iracundia efferi, eo scilicet quod alius habeat id quod ipsemet amat et appetit : quam animi affectionem Graeci proprie ζήλον, id est zelum, appellant, quomodo etiam Septuaginta hoc loco transtulerunt ; sumitur autem zelus hic pro summo affectu odii, ut sit sensus, parvulum, id est rerum omnium ignarum, et rebus frivolis atque caducis totum addictum, quam maximum ex invidia qua laborat incommodum accipere. Quare quisquis divitiarum et rerum amissionem temporalium nimis negro fert animo, manifeste suam indicat stultitiam, cum ignoret quam fugaces et momentaneae sint natura sua istiusmodi possessiones, quamque cito evanescent et perant : rerum itaque contemptio humanarum et invidi in adversis animi magnitudo atque constantia in eum duntaxat cadit qui res humanas probe cognoscit, sicut ille qui dixit *Philipp.* ii, 8 : « Omnia detrimendum feci, et arbitror ut stercore. » Quapropter quoque David monet, ne ob res tam viles et caducas livorem aut invidium suscipiamus, dicens *Psalm.* xxxvi, 1 : « Noli emulari in malignis, neque zelaveris facientes iniquitatem, » ubi in Hebraeo quoque est idem verbum תַּנְּזֵל chana, de quo jam egimus ; in Graeco vero ταραξάδων καὶ ζήλον, amulari et zelare, quae duo significant, scilicet imitari seu sectari, et commoveri seu irritari ad zelotypiam aut invidiam, ut sit sensus Prophetae nos monentis : Ne improbus et rebus terrenis addictos amulemur, neve prosperis eorum successibus irremur aut commoveamur, neque illis invidemus, aut eorum exemplo ad peccandum provocemur. Et rationem, cur illis minime invidendum sit hanc subjungit : « Quoniam tanquam faenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decidunt : » res quippe tam viles et caducae nulla invidentia aut aemulatione dignae sunt. Cogita igitur nihil magnum esse aut invidendum eorum quae mundus hic totus in maligno positus amat et admiratur, solumque virtutem revera magnam existere ac pretiosam, quam nemo tibi invidio ac nolenti unquam poterit surripere ; hanc autem terrenis opibus spoliatus aut orbatus, et ab omni seculari pompa semotus, atque extra hominum plausum et admirationem constitutus, longe facilius inveniet, et securius conservabit : nam nostra jam natura per peccatum vitata usque adeo imbecillis et misera est, ut hujuscemodi illecebris non secus ac visco aves capiat et inherescat, ne ad veram solidamque virtutem assurgere aut evolare ullo modo valeat.

Zelus quid.

Stultus et pusillus est qui res caducas magni facit.

Remedium contra invidiam est res humanas contemnere.

Accipe igitur longe saluberrimum a D. Basilio vere magno juxta et peritissimo morborum spiritualium medico contra hanc invidientiam pestem antidotum, quod *Orat.* 11 his verbis praescribit : « Prius autem quidem invidie remedium sit, si nihil rerum humanarum magnum aut supra naturam existimemus : non enim in rebus fluxis bonum constitutum, sed ad sempiternorum et verorum bonorum participationem vocati sumus. Itaque nec dives emulandum est propter divitias, nec potens ob dignitatis ac magistratus culmen, nec fortis ob corporis robur, nec haec virtutis, nihil per se verae felicitatis habentia. Miser est qui his abutitur, non aliter quam qui in pugna contra inimicosensem corripit in se ac interitum suum convertit. Cum haec ita se habeant, stultum omnino est ob res viles et caducas ab alio possessas, quae possessori saepe suo sunt exitio, semetipsum excruciare, cor suum merore consumere, invidia tabescere, et pretiosissima divinae charitatis gemma sese spoliare : optimum autem est, juxta monitum Apostoli *Hebr.* xiii, 9, gratia stabilire cor, » et in se ferventia perfectionis desideria atque aeterna patrie amorem excitare, qui amorem rerum visibillum et cum eo simul invidentiam livoremque expellet, ut praeterat D. Gregorius lib. V *Moral.* cap. xxxiv his verbis docet : « Qui livoris peste plene carere desiderat, illam hereditatem diligit, quam coheredum numerus non angustat, quae et omnibus una est et singulis tota : quae tanto largior esse ostenditur, quanto ad hanc percipiendum multitudo dilatur : » vide de his plura apud S. Basilium et Gregorium locis jam citatis, ubi hoc argumentum fuisse pertractat.

Vers. 3.

3. EGO VIDI STULTUM FIRMA RADICE, ET MALEDIXI PULCHRITUDINI EUS STATIM. — Eliphaz hic ab exemplo atque ipsamet experientia probat id quod praec. vers. dixerat, scilicet stultum, id est superbum, et parvulum, id est invidum, perire ; comparat autem illum cum arbore patulis diffusa ramis, onerata baccarum pondere, et frondium amonitate conspicua ; quae cum firmissimis esse nixa videretur radicibus, nec ab ullo ventorum turbino convelli posse, ipsa tamen eradicationis propexima sit ; unde idem verbum super radix hebraea טרש scaras, quae in polle radicare, in pihel est eradicare : nimirum sicut opes nullibi radices agunt, ita neque in se agi radices palantur ; sed eradicatos longe projiciunt. Quamobrem illi maledixit Eliphaz, id est speciem illam et tantam foliorum ambitionem exsecratus est, quasi haberet quidpiam quod divinum in se provocaret indignationem. Aut certe maledixit, id est male illi ominando praedixit id quod ei a divina maledictione eventurum putabat, ut scilicet illi idem accideret quod ficui evangelicae postmodum evenisse comperit ut *Math.* xxi, 20, quae Christi maledictio non secus ac fulmine percussa confes-

Superbi et invidi subito pereunt.

tim exaruit : ita Sanctius et Pineda alique passim interpretes hunc locum exponunt.

Nota in Hebraeo fonte pro maledixi esse verbum מָלַךְ malak, quod hic proprie significat male omnia, ut sit eadem sententia, q. d. Dum stultum florentem nullisq. laboribus obnoxium vidi, malum equidem omen de illius salute accepi, et tantam frondium amonitatem tamque ambitiosam fructuum luxuriam divina indignationis securi devotam esse coneci, sed quare ? quod nimirum causae malorum sub diversa specie pateant, nec alio quam ad victimam pingues hostiae ire videantur. Sic primum conspecta amatorum saeculi felicitate dicebat Jeremias cap. xii, vers. 1 : « Quare via impiorum prosperatur ? bene est omnibus qui prevaricantur, et inique agunt ? plantasti eos, et radices miserrunt ; proficiunt, et faciunt fructum, » q. d. Omnia ipsorum cumulantur ex vocis, nihilque ad felicitatem reliqui esse videtur ; sed statim nodum sic solvit : « Congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis, » ubi illud congrega non ad imprecationem, sed ad praedictionem referri debet, ut interpretes observant, ut sensus sit : Video quidem hos dulci rerum successu fortunato ex voto frui, et saeculi bonis saginari, quod sicut greges, qui in pascuis opimis et quasi in sagena educantur, macello destinantur, ita felicissimi illi fortunae candidati, quos nihil triste tangit, et quibus corporis summa cura, virtutis summa incuria est, ad gadium segregati sint. Quod si mali hujus omnis experimentum sive exemplum videre velis, notissimam divitis avari historiam primum perlege *Luc.* xvi, 19 ; deinde cum S. Bernardo in *Declam.* ad verb. S. Petri : Ecce nos reliquimus omnia, animadvertere, nullius mortiferi criminis sigillatim argui, praeterquam quod florenti utens fortuna summa illi corporis cura esset, et in eo totus haerere.

Ex invidia felicitate lecturae malum quod imminuit.

Septuaginta postremum hujus versiculi hemistichium ita vertunt, ἀὐτὸς ἐβόησεν ἐπὶ τὸν δένδρον ἡ βίβρα, sed statim assumpta est illorum habitatio, quod hebraeo conformis est, ubi pro pulchritudine habetur נֹרָה nare, quae vox omnibus Hebraeis consentientibus proprie significat habitaculum, a verbo נָרָה narah, id est habitare, cum igitur opes et familiae decus pulchritudine ac splendore domestico in primis represententur et commendentur (ita ut ipsamet sponsa speciem suam et pulchritudinem suam cum tabernaculo Salomonis conferre non dubitet dicens *Cant.* 1, 4 : « Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis ») hinc vocis נֹרָה nave ductam fuisse translationem existimo, ad speciem, deus et pulchritudinem prorsus eximiam significandum. Sed quoties in sacris litteris ita conversum reperitur, plerumque intelligenda est species decusque domus sive habitaculi, uti Stonica bene observavit : itaque hoc loco : « Maledixi pulchritudini eius, » id est splendido

magnificoque habitaculo ejus, q. d. Male ominatus sum seu presagivi quod futurum erat, scilicet ut cito ac subito toto opes funderentur, et tanta magnificentia labefactaretur, quantumvis albus et firmas egisse radices videretur, id quod David adhuc illustris pronuntiavit dicens *Psalm. XXVI, 33*: «Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani, et transivi, et ecce non erat: et quasi vici eum, et non est inventus locus ejus.» Ex quo loco discant divites et opulenti homines, qui opibus præfisi nullas res adversas reformidant, quid eis futurum sit, et quam infirmis fundamentis universum eorum presidium nitatur: que enim domus aut familia ita bene fundata est, ita sui fortunæque secunda, et contra rerum vicissitudines humanarum casusque asperos et inopinatos ita undique tuta et munita est, ut nullam unquam eadem metuat? non plorant indies incommoda et adversa experiat? Quin modo dum prospere succedunt ex voto omnia, et blandientis fortunæ zephyri ad ipsammet beatitudinis portum felicissime impellere videntur, tum vel maxime ut ludibrium in salo delphinis timenda est tempestas et periculosa jactatio, quæ pristinae felicitatis naufragium sit allatura. Id observatum est a sapientibus et magno judicio viris, propterquam illam fortunam et sublimis elatum esse ruinæ finitimum, et e jucundissimo illo statu pronam esse viam ad morerem, ad fletum, ad infelicitatem, q. n. asi providentis sit commune ratuque decretum, quæ maxime lucent et effluunt, ea inclinari et prosterni et inobsecrari oportere: ut enim solent arbores profusus non nunquam emori, si quando præter solitum fecundæ fuerint, ita fortuna præter morem blandiens ac favens exitum imminere sæpenumero significat.

Hujus rei minime ignarus Mediolanensium pontifex Ambrosius cum ad beatulum quemdam divertisset, quem unum fervosæ fortunæ manus intactum semper habuerat, eumque didicisset tam secundis uti rebus tamque ex voto honorum omnium copia circumfluere, nihil ut unquam accidisset quod perennem illam malaciam turbare posset, ne temporis quidem punctum fisdem in ædibus cum illo versari voluit; cum presagiret animo mox futurum, ut improvisa et licuosa pernicie opprimeretur: quemadmodum enim non raro fit in cælo maxime sereno sævus imber subito coarctat, ita rebus maxime prosperis ac letis sæpenumero gravissimas rerum incidit perturbatio. Varia duntaxat est vitæ commutabilis que ratio, vaga volubilisque fortuna, inquit Cicerone; quam jure merito insanam esse et cæcam et brutam perhibent philosophi: cæcam quidem, quia nihil cernat, quo sese applicet; insanam autem, quia atrox, incerta instabilisque sit; brutam denique, quod nullis officiis aut obsequiis delinatur, sed maxime sæviat in eos qui studiosissime illam colerant, et quibus arctissime de-

Prosperitas fortuna ruinosa prolixa.

Fortuna cæca, insana, bruta.

vincta videbatur, scilicet sicut hedera complexu suo necat arbores, ita fortuna prospera dum blanditur strangulat et perdit quoque complexa est. Testis hujus rei luculentus est Aman Assueri regis potentissimi purpuratus, et supremus aule regis palatinus *Esth. v, 6, 7*, qui cum polleret potentia maxima, splenderet opibus, fulgeret honoribus plane regis et amplissimis, omnia denique alia haberet quæ beatissimum efficere putantur, in media illa gloriæ pompa Mardochei contemptu atque animo alto urebatur, et fortunæ oblitus suæ, et post regem gloriosissime amplitudinis et majestatis, se miserimum, nudum et egentem pronuntiabat. An non vere eo ipso quæ maxime gloriabatur, et omnibus letitiis incedebat, ad ærumnas et extrema omnia est dejectus? ita sane est. Cum præcipere jam animo incredibilem voluptatem et supplicio Mardochei, pro quo patibulum cubitorum omnino quinquaginta extruxerat, cum magnifice prædicaret sortem suam, quod apud regem unice gratiosus, reginæ Estheri charus, et vocatus ad convivium esset, subito se vidit ab Esthere proditum, a rege damnatum, horrore confusum, ante mortem examinem, in ipso denique patibulo, quod Mardocheo preparaverat, ignominiosissime perentem. Lubet hic cum Cicerone exclamare, o miseram vitæ rationem, que tandem residet in voluptate quamvis fortunata possit libido: o voluerem fortunam, quam cito omnia ex letitia et voluptate ad luctum et lacrymas recidunt! o lætiam hominum spem, fragilemque fortunam et inanes nostras contentiones, que in medio sætuo sæpe franguntur et corruunt, et ante in ipso portu obruuntur, quam portum conspiciere poterint! Sunt innumerabilia in omni genere annalium istiusmodi fortunæ ludibria et exempla, que ne juxto prolixior sim prætereo; neque vero prentes duntaxat impios tam dira sors versat, quin et filios non raro posterosque ruinæ majorum involvit.

4. LONGE FIENT FILII EJUS A SALUTE, ET CONTERENTUR IN PORTA, ET NON ERIT QUI ERUAT. — Prædicet et auguratur quoque filiis mala obventura, siquidem parentum iniquitas impiorum in filios veluti transfusa in pæne et infamie sementem verti solet, uti eleganter D. Petrus Chrysologus *Serm. 3*: «Parentis, inquit, vitium filiorum exitium. Numquid non in semine tota arbor? vitium ergo seminis vitium est totius arboris.» E contrario arguentur divus Paulus *dicens Rom. xi, 16*: «Si delibatio sancta est, et massa, et si radix sancta, et rami:» nam, ut exponit Theophylactus, necesse est fermento massam, et radice ramos, hoc est parentibus filios, assimilari. Itaque quales sunt majores, tales plerumque et posterius esse solent, adeo ut bona vel mala que faciunt non tam patrare quam hereditare videntur, juxta illud *Isai. v, 18*: «Væ qui traditis iniquitatem in fuculis vanitatis,» ubi idem est *trahere in fuculis* atque *hereditare*: nam apud Hebræos fuculis he-

Aman ex felicitate in peccatis servitum eductus.

Filii uti culpe sint et peccata parentum participes.

Parentum vitium filiorum exitium.

Quales sunt patres tales sunt filii.

reditates dividebantur, juxta illud *Psalm. LXXVII, 34*: «Sorte divisit eis terram in fuculo distributionis,» quod cave ita intelligas, ac si natura ipsa parentum peccata in filios transfundatur, quemadmodum pessimi quidam in suorum executionem peccatorum prætexebant, pro umbone usurpantes illud Prophete dicentis *Jerem. XIII, 23*: «Si mutare poteris Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas; et vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum;» ex quibus verbis colligebant non minus naturalia esse filiis vitia parentum, quam Æthiopi et pardo nativos colores. Non sunt, inquam, hæc Scripturæ loca sic intelligenda, sed solum secundum figuratam et hyperbolicam loquendi formam explicanda, ita nimirum, ut velit uterque vates tam ordinarium esse filios *patrissare*, seu parentum mores referre, ut hoc illis naturale quodammodo videatur. Alioquin non necessitatis ista sint, sed libertatis, ut egregie D. Hieronymus ex illis verbis *Jerem. XIII, 23*: *Cum didiceritis malum*, concludit dicens: «Quidquid enim discitur non naturæ est, sed studii, et proprie voluntatis, quæ nimia consuetudine et amore peccandi quodammodo in naturam convertitur.» Unde infero: Sicut filii se faciunt participes culparum, que in parentibus hæserunt, ita se facere participes et peccatorum ac suppliciorum. Cujus rei plurima eaque evidentissima libri Regum exempla nobis subministrant, in quibus sæpe narratur regnum Israel ab una familia in aliam longe diversam fuisse translatum, filiisque non raro propter parentum scelera ereptum fuisse imperium, quemadmodum de Baasa diserte scribitur *III Reg. xv, 29*: «Cumque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam: non dimisit ne unam quidem animam de semine ejus, donec deleter eam.» Simile quid hoc loco insinuat cum dicitur, *longe fient filii ejus a salute*, ubi est hypallage, *pro longe a filiis ejus salus*, quomodo habetur *Psalm. CXVIII, 133*: «Longe a peccatoribus salus,» id est non dabitur eis auxilium: simile est et illud *Psalm. XXI, 2*: «Longe a salute mea verba delictorum meorum.» Et *infra*, cap. xxx, 15 Job ait: «Velut nubes transit salus mea,» id est mox longe a me recessit auxilium. Quotam igitur filii hominis impii vexabuntur, et calamitatibus opprimuntur, nemo eis aut ope aut consilio aut alio quovis modo aderit, sed omnes eos deserent, et ab illis secedent: hoc enim significat id quod sequitur:

ET CONTERENTUR IN PORTA, ET NON ERIT QUI ERUAT; — Septuaginta vertunt, *καταβροχθήσαν δι τῆς θύρας*; *καταβροχθήσαν*, et conterantur super januas minorum, et non erit qui eripiat, ubi verbum illud *καταβροχθήσαν* notat Olympiodorus idem valere atque *καταβροχθήσαν*, conterantur, itemque quod *καταβροχθήσαν*, attenuentur; ideoque pro ea dictione Aquilam quidem dixisse *καταβροχθήσαν*, conterantur, quam Lectionem habet Complutensis; Theodotionem vero *καταβροχθήσαν*, contracti sunt;

Symmachum denique *καταβροχθήσαν*, humiliantur: in alio tamen scholio Theodotioni tribuitur *καταβροχθήσαν*, humiliantur. Quod autem dicit in porta, id est palam, loco publico, vel a iudicibus: fiebant enim olim judicia in portis civitatis, ut colligitur ex *Gen. XXIV, 20*; *Deuter. XXII, 14*; *Ruth IV, 1*; *Amos v, 10* et passim alibi; cujus consuetudinis multiplex est ratio; una, quam D. Gregorius lib. XXI *Moral.* cap. xv, inculcat, «ut urbem, in qua concorditer oportet vivere, discordes minime intrarent;» et eandem jam antea assignaverat dicens lib. XIX, cap. xi: «Ut tanto esset pacificus urbis populus, quanto ad hanc discordes ingredi non liceret.» Altera ratio est, quam tradit S. Hieronymus in *Amos* cap. v, his verbis: «In porta judicia fuisse legitimus, ne agricola ad causam veniens frequentia civitate et novo tereretur aspectu;» quasi rusticana illa simplicitas inter urbanos strepitus illa posset perturbari, ut etiam ab agenda et peroranda causa impeditur. Addi posset tertia ratio, ne videlicet probitas illa et innocentia et candor rusticanus inter urbanas fraudes, dolos et flagitia aliquid peccandi periculum incurreret, a quo ut facillime eriperetur, etiam a primo civitatis ingressu arcebatur. Quarta denique et verissima ratio videtur fuisse illa, ut nimirum iudices in prompta essent, et facile possent a litigantibus conveniri: quæ est sententia Lyranæ ad hunc locum; aut certe ut omnes iudicum presentia in officio continerentur, loco maxime publico erant constituta judicia; uti et patibula ad terrorem scilicet malorum, securitatem vero honorum. Prædicat itaque futurum, ut filii hominis impii publice in iudicio damnetur, et infami ac probrosa morte pereant, nec ullus eorumdem commiseratione tangatur. Simile est illud quod inter diras Hebræorum numeratur *Psalm. CVIII, 7*: «Cum iudicatur exeat condemnatus;» et paulo post *ibid.* vers. 11: «Nec sit qui misereatur pupillis ejus;» ita nimirum ut neque iudicem neque advocatum ullum habituri sint proptium, quos Deus ob parentum scelera punire decreverit.

Alii per *portam* hoc loco non publicam civitatis, sed privatorum ædium januam intelligunt, eo quod Septuaginta vertant, *καταβροχθήσαν*. *δι τῆς θύρας* *καταβροχθήσαν*, conterantur super januas minorum, vel, ut alii transferunt, *tantum portæ versantur in portis inferiorum*, verbum scilicet *καταβροχθήσαν* a nomine *καταβροχθήσαν* derivantes, quod *porcellum* significat, ut si sensus, filios impiorum contemplos, viles et abjectos adinstar porcorum micas, quæ quilibet et patamina mucum, et similibus rerum abjectissimum porrecto rictu pro fame et inedia, quibus pascuntur, rimatosus et infami modo quæsitorum, idque in *januas minorum*, id est ignobilium et plebeiorum hominum, qui quondam illis minores et ignobiliores fuerant, significans illos ad extremam inopiam et mendicantem redigendos; quemadmodum in *Psalm. LVIII, 7*, de impia progenie

Cur olim judicia in portis urbium exercerentur.

Impiorum filii ad mendicantem redigantur.

nam ob
solum
culpam
in hoc
mundo
affligi.

V. 7. 7.
Dei pro-
videntia
consilium
naturae
con-
gruentia
proprie-
tati.

mi Job, causarum effectorumque confectum, Boni namque philosophi est nexum rerum, quarum aliae nascuntur ex aliis, contemplari. Cum ergo nihil in orbe terrarum sine causa eveniat, consequens est hanc etiam calamitatem tuam non absque certa et determinata causa conficisse: atque sola poenae causa est culpa, quare omnino necesse est te gravem et enormem culpam ac delictum admisisse quod tam horrendo supplicio afficiaris. Ita quidem Eliphaz argumentatur, sed male, quia Dei providentiam obruere et mutare, arbitratus solam culpam unicam esse causam ieroganda calamitatis, cum, ut in super. cap. non semel indicavimus, satis constet, non eam solam, nec adequatam esse calamitatum, huius praesentium vite, causam; quod quidem in non raro viri omni culpa vacantes et animi robore praestantes, ad virtutum eorum perficiendam et constantiam coronandam a Deo permittantur cum maxims in hac vita difficultatibus confectari, atque exquisitis interdum tormentis exercitari: quod ipsum tanquam exitium amicorum Dei argumentum et nota maxime illustris in ipsomet Christo Domino, adeoque Jobo ejus antitypo, communi Patrum precatione celebratur.

7. HOMO NASCITUR AD LABOREM, ET AVIS AD VOLANTIAM. — Praeced. vers. Eliphaz dixerat nihil sine causa, id est sine Numinis providentia, in orbe fieri; quod jam allato hominis avise exemplo confirmat, quoniam univulque natura sua congruentem Deum necessaria, quibus vitam sustentet ac tueatur, presidia contulit; homini quidem manus ad laborandum, et super omnia dedalium ingenium, ad quidlibet quod ex usu sit excogitandum sibi que comparandum aprime sagax et accommodum; avi vero, quod ratione caret, et agriculturam nesciat, alas, quibus ad cibum advolet, ac manus aucupis effugiat. Ita D. Thomas ad hunc locum, quem libens sequor, licet Pineda nosier et Sanctus ab illo recedant, qui varias adferunt alias haec cum praecedentibus coniectendi rationes, quas sigillatim recensere ac refellere non est mei instituti; cui satis est eam, quam simpliciore ac textui conformiorem iudico, indicasse, ut ex ea deinde aliquid, quod ad doctrinam et morum institutionem conferat, erummas. Sensus itaque verborum Eliphazi, et vis argumenti, quo Jobum vel consolatur vel perstringit, est hujusmodi, q. d. Non frustra, mi Job, tantis cruciatibus affligeris, cum non de humo aut ex aere, sed ex culpa et peccato, quo non caeres, dolor ac poena oriatur; at esto, ut temelipsum insolenter jactas, ves innocens esses, et omni prorsus culpa vacares; homo tamen cum sis, natus es ad laborem et dolorem, sicut avis ad volatum: quare non est quod indigneris, quod conqueraris, quod ira et furore temelipsum consumas et occidas, singultibus et ululatuibus cuncta replens; cum id solum tibi accidat, quod cuilibet communi, cum in hanc lucem editi sumus, naturae lege,

vel ob solum peccatum originale potest accidere. Hanc itaque calamitatem tuam ut aequo animo feras, et a tantis querelis abstineas necesse est.

Videtur autem hic alludere ad id quod Moyses in cosmopoeia de architecto rerum omnium Deo post hominis creationem immediate subiungit; illum scilicet cessavisse ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret, 1 Gen. ii, 3, hoc est ad faciendum, sive ad operandum: volens nimirum (sicut ad illum locum Ambrosius Catharinus ammadverlit) hominem similiter sex diebus, id est toto hujus mortalis vite tempore, operari; ut in septimo, id est future vitalescentio, possit requiescere, exemplo scilicet Domini sui, qui non nisi post laborem et sex dierum opus ad dulcissimam quietem venire voluit. Hebraea lectio manifeste hoc insinuat, quae sic habet, וַיִּשְׁכַּח אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי, *oser vero Elohim, lahlassat*, id est, *quod creaverat Deus ad faciendum*; ita ut opus et continuus in agendo labor homini vel ipsamet creationis lege incubat. Cum enim homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus sit, animo et corpore, id est spiritu et carne, evitorem ac temporali, intelligibili et sensibili, luce praedito atque tenebroso, ratio et necessitas exigebat et bona homini proponi et mala; bona quibus utatur; mala quae vitet et caveat, quamobrem illi data est intelligentia, ut cognita bonorum malorumque natura, et in appetendis bonis et malis delectandis vim suae rationis exerceret. In quo cum ob continuum spiritus et carnis luctum haud exigui labor exantlandus sit, jure merito dicitur homo nasci ad laborem; quod non de fine, sed de medio ad consequendum finem intelligendum est; adeoque certum existit, ut in felicissimo etiam innocentiae statu de Adamo scriptum sit Gen. ii, 15: « Posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret illum, » quod more suo eleganter D. Chrysostomus hom. 18 in Gen. his verbis exponit: « Cum homines, inquit, omnibus deliciis potirentur ibi vitam agentes, tam oblectamentis eorum que videbant, quam lectitia operum quibus fruebantur; ne inmodica prosperitate homo insolensceret (omnem enim malitiam docuit otium) propterea precepit Deum, ut operaretur, et custodiret illum: si enim laboris omnis esset expers, prolixus ex multo otio in ignaviam prolapsus esset. Prius autem ait, ut operaretur, deinde addit, ut custodiret illum, significans (ut S. Augustinus lib. VIII de Gen. ad lit. cap. vii nota) paradisi bene operando custoditum iri, quoniam sine nihil admitteret, propter quod ab eo expelli mereretur.

Post peccatum autem multo magis homo nascitur ad laborem, quia nimirum Deus sententia in peccatorem lata eiecit eum de paradiso, ut victum sibi labore conquireret, dicens Gen. v, 17: « Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ea ea cunctis diebus vite tuae, et in sudore vultus tui vesceris pane tuo. » Hanc sane mise-

Deus ab initio creavit hominem ad laborem.

Primum autem peccatum homo creatus ad operandum.

Post peccatum homo nascitur ad laborem et dolorem.

Nemo est sine labore et dolore.

Qui non est in labore, non est in dolore.

Hujus vitae felicitas in honestis laboribus consistit.

S. Paulus commendat laborem et dolorem.

ram conditionem quotquot sumus: Ade filii hereditario quasi jure sortimur, ut merito de se quisque dicere possit illud Zach. xiii, 5: « Homo agricolae sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea, » id est, homo sum natus ad laborandum sequens exemplum Ade, qui laborando vivebat in pane suo. Septuaginta pro exemplo vertunt, *ὡς ἀδελφῶν ἐξ ἐμοῦ ἦν, quia homo genuit me*, id est, quia sum filius Ade, idcirco sortitus sum conditionem ejus qui me genuit. Vere igitur « homo nascitur ad laborem; » quidni etiam ad dolorem? omnes enim laboramus, omnes pariter et dolemus: nec est a supremo rege usque ad vilissimum et abjectissimum mancipium qui se valeat ab hoc duplici onere laboris et doloris eximere: « Vides quomodo tu laborem et dolorem consideras, » ait Davidi Psalm. ix, 14, quia videlicet Dominus in actionibus nostris laborem, et in passionibus dolorem agnoscit: quapropter invenit Vates se his paratum exhibere dicens Psalm. lxxv, 8: « Paratum cor meum Deo, paratum cor meum: » paratus quippe erat ad laborandum, atque ideo dicebat Psalm. cxviii, 60: « Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. » paratus etiam ad dolorem aequo animo ferendum Psalm. xxxix, 18: « Nam et ego, inquit, in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper. » Nemo igitur est qui sine labore ac sine dolore vivat, sed si levissimum virtutis laborem et suavisimum dolorem delectemur, in alium utlique molestissimum atque amarissimum viliorum incidemus: de impiis enim dictum est Psalm. lxxxi, 5: « In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur: » sed num ideo sine labore et sine dolore vivunt? nequaquam: quinimo, quia in labore hominum non sunt, in labore demonum detinentur, quamobrem subiungitur ibid. vers. 6: « Ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate et impietate sua. » Quis quisque igitur levissimum laborem hominum fugit (qui est labor virtutis, quem nemo solus sustinet, sed nobiscum simul Dominus ipse omnipotens portat) et quisque suavisimum dolorem rejicit, cuius extrema aeterna navitalis sunt plena, is superbiae et iniquitatis labori ac dolori cervicem submittit, qui et cum talento plumbi et cum gemibus mortis confortur: Salius est ergo in fervore spiritus utiliter laborare, quam in tepiditate mentis majore ac prorsus inutili, uno et noxio labore torqueri.

Itaque magna pars philosophiae christianae in eo posita est, ut intelligamus hujus vitae felicitatem honestissimis in laboribus esse collocatam, quos qui mente sapientiae praecellunt sponte et genere debeant adsciscere. Lucentium hujus rei testimonium et exemplum habemus in apostolo Paulo, qui vite otium atque desidiam cane pejus et angue duxit fugitque, et in gyro utilium laborum incredibili constantia semper est versatus; cuius propterea gloriosum symbo-

lum fertur gladius et corona, quibus illud breve, sed divinum epigramma adiungitur Il Cor. xi, 23: « In laboribus plurimis, et ut omnes intelligant, summa prope tum animi tum corporis contentione opus esse, quae gladio significatur, et magno involoque animo exorsitendos esse labores, si quis corona poliri velit. Haec enim est illius clara professio, cum de spargendo Christi evangelio docendisque hominibus loquitur Coloss. i, 49: « In quo et laboro certando. » Sufficere posse videbatur ad indicandum laboriosissimum illius animum tolerantiamque invictam, si dixisset tantum: « In quo et laboro; » sed addidit *certando*: in Greco est ἀγωνίζομαι, metaphora duobus ab illis qui in agone contendunt, hoc est, laboro ut strenuum pugil et olympionice, totis viribus, nervorum omnium contentione, vehementer ubique nisu conatque depugnans. Milii certe videbitur D. Paulus non minus otium quam improbitum demonem fugisse, et securis viti delicias parium cum viti et crimine loco possidisse.

Ceterum quia saepe labor hominum imbecillitati durior et gravior videri solet, hoc divina quoque bonitas machinata est, ut providit, ut honestissimis laboribus suavitudo quaedam animi sequatur, plena humanissima voluptatis. que mirifice ad laborandum excusulet, ut pulchre Pindarus Num. 7 canit: *Εὐνοίας ἴσθι, τὸ τῆρας τοῦτο ἀδύνατον, σὶς labor ful, delectatio eo major accedit. Verum sanctius elegantiusque Isidorus Plesiota lib. II Epist. 438 ait: τὸν καὶ θεοῦ χάριτι, ὅταν τὸν ἀεὶ κατὰ τὸν νόμον ὁμιλοῦντες, labores et iucunditates per similitudines seu: *castrum conijungit*: nam ad quem, inquit idem sanctus, labores accesserunt, voluptates etiam atque oblectamenta postmodum subsequuntur. Videtur id a Platone mutatum, qui in *Phaedo* dolorem et voluptatem ita iungit, id est *ca. eodem* vertice, connexa et suis capitibus jugata monet, sic ut unum sine altero nemo queat accipere. Eo, ut opinor, etiam collineabat Cyrilus Alexandrinus, cum in *Michael* scribens breviter et rotunde sic ait, *τὸ καὶ τὸν νόμον ἀδύνατον καὶ τὸ τῆρας*, *hinc laborum gloria et voluptas*, nimirum ex consuetudine recte factorum et complurium meritorum: laborantibus enim otium; concupiscentia meritis, opulenta donisque magnis, quibus in aeternum felicissime iucundissimeque fruuntur: sic quippe *Anasthasius cornu* interpretari solitum aini, et *ἀνασθασ* illum significare, qui minime *ἀσθασ*, id est *inhibebatur*, sed *gravis*, et in agendo industrius fortis, uno verbo *ἀσθασ*; *Astrus* strenuus; *laboriosus*; per cornu vero bovis, quod animal est laboriosissimum, *ἀσθασ*, *quifortissimus*; bovis cornu et fractum variatet in eodem esse autem, ut dives omnium copia significetur. Denique ubi hujusmodi cornu fuerit eo subito induci *ἀσθασ* *ἀσθασ* καὶ ἀσθασ *ἀσθασ*, *quoniam et bonum fortunatum*, ut est apud Joannem Stebeum *serm. 34*. E quibus omnibus lucenter patet quanta sit labori merces, et quam vere homo*

8. Par
lus, ol
vob.

Labor
e
v
o
t
a

Finit la
borum
gloria e
voluptas
Gervasio
p. 30
P. 30
Anasthasius
cornu
quod
signifi-
cat.

nascitur ad laborem. Quod autem addit:

ET AVIS AD VOLATUM. — In Hebræo est רשף בני עוף bene reseph sagittu huph, id est, filia avium se volando elevant; sed non satis constat inter Hebræos quid רשף reseph significet: pluribus placet primas significare, qui locum hunc ita explicant, filia primarum, id est scintille quæ excutiuntur e prunis, se volando elevant. Aliis placet avem significare, quos hoc loco Vulgatus interpretatur secutus est, atque etiam Septuaginta, qui sic vertunt, νεοσσὶ δὲ ἄρως τὰ ὑψηλὰ πτόρον, pulli autem vulturis ad sublimia volant; Symmachus, τὰ νεοσσὶ τῶν πτερόων ὑψηλὰ πτόρον, filii vulturum attolunt pennas; Aquila, xxi vici νεοσσὶ, et filii vulturis; Complutensis habet, νεοσσὶ δὲ ἄρως, pulli autem aequalarum. Vulgatus tamen in Cant. cap. viii, 6 sequitur priorem Hebræorum interpretationem dum illud cap. viii, 7 רשפה רשפה, rispeha rispe es, ita vertit, lampades ejus lampades ignis; Septuaginta vero etiam isto loco in secunda persisterunt sententia vertentes νεοσσὶ δὲ ἄρως πτερόων νεοσσὶ, alæ ejus alæ ignis. Primam tamen tam ipsi quam Vulgatus sunt secuti Psalm. LXXVII, 48, ubi legitur: « Tradidit grandini jumenta eorum et possessionem eorum igni, » hebraice לרשפים לרשפים, id est carbonibus ignitis; Septuaginta רשף, Vulgatus igni. Aliis denique Hebræis magis placet diabolum significari, quibus hoc loco assentitur Chaldæus vertens filii demonum, quomodo etiam Vulgatus vocem illam interpretatur Habac. iii, 5: Egredivit diabolus (hebraice רשף reseph) ante pedes ejus: sic autem vocatur ob nimiam qua pollet celeritatem; unde etiam in evangelio Luc. viii, 3 per volucres cali, qui alienum semen in terram jactum rapiunt, intelliguntur demones, qui hominibus insidiantur, ut verbum Dei rapiant de cordibus eorum, ne credentes salvi fiant. Quod si igitur hoc loco etiam pro ave diabolum vertamus (ut ex Vulgati sententia possumus, et quibusdam Hebræis placet) prorsus admirabilis erit similitudo rem declarans inauditam, quæ validam continet rationem, ad eos, qui opes et potentiam nimis avide querunt, vehementer (si saperent) percellendos et compescendos; et tunc vertendum erit, filii demonum elevabant volatum, ut sit sensus istiusmodi, q. d. Homo quidem natus est ad laborem, impii vero filii demonum volare nituntur per superbiam et divitiarum cupiditatem, e rapto v. vere satagentes.

Notandum hic verba פֶּשַׁע. et avis ad volatum bifariam accipi et explicari. osse, primo quidem, quasi per dissimilitudinem inter homines et aves assignando discrimen modi, quo sibi victum parant: quoniam Math. vi, 26 aves non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea; sed Deus pascit illas ex alieno agrorum labore; solumque volatu, qui ipsis simul suavis ac jucundus accidit, sibi victum parant. Non sic homo, cui et semine et messe ac multo labore opus est, ut cibum sibi congruum parat, ac vitam

Ver res cap quid signifi- cat.

Avi pro diabolo accipitur aliquando.

Aliter homo, aliter avis vicinat.

sustinet; alioquin in superbiam et elationem erigeretur, socordem et inertem vitam ageret, aliena concupisceret ac raperet, non secus atque avis aut diabolus, quem per avem in Scripturis designari diximus. Fortassis etiam hoc dictum fuerit ad hominem ad honestos labores excitandum, eo quod diabolus adinstar vulturis aut avis cujuspiam rapacis jugiter circumvolitet, quærens quem devoret: quamobrem adversus ipsum assidue vigilandum, et orationibus jugiter vacandum monet Apostolus I Petr. v, 8, ne nos otiosos ac desides inveniat, et opprimat ac discerpit incautos. Huic expositioni favet etiam D. Chrysostomi interpretatio dicentis aves nasci ad volandum, quia volatu sibi consulunt, et laqueorum viteque discrimina facile evadunt, juxta illud Salomonis Prov. i, 17: « Frustra jacitur rele ante oculos penatorum; » homo autem non tam facile negotio pericula, quibus circumdatus est, evadit, sed magno labore se tueri, atque ingentes tentationes sustinere ac fortiter superare debet, ne preat; ideoque ad laborem esse natum constat. Secundo etiam hic locus explicari potest per modum similitudinis, quemadmodum D. Gregorius lib. VI Moral. cap. vii insinuat, ut nimirum sicut avis maxima cum voluptate volat, sic homo etiam alacriter summa devotione atque animi propensione piis sese studiis et laboribus dedit, sequæ totum in Dei sui obsequium impendat: hoc enim Chrysostomus Domino gratissimum est, « qui, ut Apostolus ait Tit. i, 14, dedit semelipsum, ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem honorum operum, » hoc est magna cum alacritate atque ingenti studio et animo virtutis opera capessentem.

Mystice cum S. Gregorio ad hunc locum in homine heredem primi parentis et inobedientie ipsius imitorem; in avi vero novi hominis Jesu Christi filium et sectatorem intelligit: ille enim ut filius terreni solum terrenis inhiat, et infirmus, quæ corruptioni obnoxia sunt, desiderat; iste vero ut filius cælestis in cælum evolat, atque ad immarcescibilem æternæ gloriæ coronam anhelat. Homo ergo (id est conditio terrena atque peccator) ad laborem natus est, quia undique curarum spinis et molestiarum tribulis circumpergitur, et in ipsis etiam laetis opiparisque convivii pane doloris ac laboris vesclitur, ut penam sine inobedientia sustinet illa Domini sententiæ decretum Gen. iii, 19: « In sudore vultus tui vesceris pane tuo; » at avis (id est vir justus, cuius conversatio in cælis est, et ab omni terrena collusione semota) nascitur ad volatum, quia dum meritis presentibus et spe futurorum bonorum alatus mente in cælum evolat, molestiis hujus mundi sese eximit, et in aere delictosæ tranquillitatis ascendit. Hic itaque ad volatum natus est, quia dum se amore a terrenis elongat, et in terra se peregrinum reputat, si quæ forsitan adversa incidant, in illis tanquam in alienis et vir

Homo debet esse alatus ad laborem sicutaria ad volatum.

Homo terrenus ad laborem et spiritum ad volatum nascitur.

ad se pertinentibus non laborat. Unde S. Gregorius lib. VI Moral. cap. vii: « Sancti, inquit, viri, quia transcensia non amant, non solum nulla temporalium desideriorum pondera tolerant, sed et si quæ adversa consurgunt, in ipsis suis pressuris et languoribus non laborant: quid enim fallacis durius? et tamen flagellatis Apostolis scriptum est Actor. v, 41: Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Quid ergo eorum mentibus labor est, quibus et pœna verberum labor non est? Homo ergo ad laborem nascitur, quia ille hujus mundi veraciter mala sentit, qui ejus bona inhiantur appetit: nam cujus mens ad alta suspenditur, sub ipsa est quiddam exterius contra ipsam movetur: » sic ille. Vere igitur magna est vite studiosæ et perfectæ iucunditas, qua homo, sive ad eam solum ingrediatur, sive ad exteriora egrediatur, sive lana et pelle spoliatur, semper tamen uberrima sanctorum deliciarum pasca invenit.

Ex dictis, ut opinor, satis liquido constat hominem nasci ad laborem non quidem ut finem, sed ut medium, quo ad Deum, qui finis noster non est, perveniat: sicut enim mundum non propter se ter se Deus fecit, sed propter hominem, qui eo utitur: ita ipsum hominem propter se, non quasi obsequio ejus indigeat, sed ut esset qui opera ejus intelligeret, qui providentiam disponendi, rationem faciendi, virtutem consummandi et sensu admirari et voce proloqui posset; quorum omnium summa hæc est, ut Deum colat. Quod cum sine studio et assiduo labore præstari non possit, consequens etiam est, ut ad laborem, præsertim mentis et ingenii, natus sit, qui haudquam minor est quam corporis: nam Eccl. i, 18 « qui addit scientiam, addit et laborem: » et « sine dolore non vivitur in amore, » ut pius scriptor Thomas de Kempis ait; unde ulterius facile colligitur, quales labores qualiaque opera potissimum a nobis exigantur, scilicet pietatis ac religionis, quæ ut Deo grata sint, non ex tristitia aut necessitate, non cum tædio aut pigritia, sed alacriter, libere, ferventer et diligenter obeunda sunt. Hilaris enim, strenuus, veloces et ferventes operatores diligit Deus, qui prompto lætæque animo ipsum quem lætant, juxta illud Psalm. XXXIX, 17: « Exsultent et querantur super te omnes quærentes te; » et iterum Psalm. civ, 4: « Læletur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, et confirmamini: quærite faciem ejus semper: » dum ait confirmamini, robur exigit et fortitudinem ad pigritiam et pusillanimitatem expellendam; dum vero addit semper, jugem postulat continuationem ad animi evagationem et mentis inconstantiam coercendam omnemque inane interruptionem excludendam; per faciem denique significat divinam presentiam, ut nimirum opera nostra in conspectu Dei et ipso intuente faciamus, quod ad devotionem et spiritus fervo-

Homo nascitur ad laborem non ut finem, sed ut medium.

Qualem laborem exigit a nobis Deus.

rem excitandum et continuandum plurimum juvat. Bis autem dicit, quærite Dominum, et quærite faciem ejus, insinuans Deum per duplitem, activæ scilicet et contemplativæ vite opera querendum esse, quandoquidem ad utriusque vite labores et opera nati et formati sumus, licet non parem omnes ad utramque habeant capacitatem: nam quidam quasi peculiariter nati videntur ad contemplationem, ad quam, teste D. Gregorio lib. VI Moral. cap. xvii, naturalem habent aptitudinem et propensionem; alii vero e contra totius ad activæ vite labores nati videntur, cum ad contemplationem prorsus sint inepti: quales fere sunt homines rudiores, et fabri ferrarii, et ejusmodi opifices, quos Ecclesiasticus ad sapientiam ineptos esse proficitur, cum alioquin ad opera mechanica sint aptissimi, et eis a natura formati, atque usu exculti, ut in eis non raro ad stuporem omnium mirifice excellent.

Unusquisque igitur pro virili suo Deum ante omnia querere debet, idque potissimum per ea opera, ad quæ peculiariter a natura formalis ac natus, aut per Dei gratiam singulariter vocatus ac renatus videtur: gratia etenim mirifice naturam perficit, unde sicut homo nature lege nascitur ad laborem, ita per baptismum renascitur ad amplius et perfectius laborandum, secundum propensionem quam unicuique Dei gratia et virtus infusa divinitus impertitur, dum speciali vocatione singulos non raro excitat et ad labores pro Dei gloria suscipiendos, et ad pia opera statui suo convenientia fortiter simul ac suaviter quodammodo impellit. Hanc opinor ob causam comparatur in Evangelio Malth. xx, 1 Deus homini patrifamilias, qui uno eodemque die a primo mane usque ad vesperam quinquies exivit ad conducendum operarios in vineam suam, et quos invenit otiosos acriter increpuit, quod a natura statutu suo per otium et desidiam degenerarent; haud obscure insinuans nobis omnibus a primo mane rationis elucescentis usque ad mortis vesperam operandum et instanter laborandum esse; siquidem propterea nati et regenerati sumus.

8. QUAMOBREM EGO DEPRECATOR DOMINUM, ET AD DEUM PONAM ELOQUIUM MEUM. — Cum, inquit, in hac vita non ad quietem et gaudia, sed ad laborem et dolorem nati sumus, idcirco haudquam impatienter agam, ne obmurmurabo; sed humilliter me geram, et supplex Dominum deprecabor ut mihi opem ferat, et ad Deum confugiam, qui lucissimus est laborum ac malorum omnium portus. Hinc verbis Eliphaz Jobum adhortatur ut ad Deum se convertat, ejusdemque auxilium in suis adversitatibus imploret; quoniam ipse solus tot tantisque malis remedium adferre et omnes omnino calamitates abstergere ac penitus tollere cum voluerit potest, q. d. Si hoc idem mihi quod tibi infortunium evenisset, haudquam certe, ut tu facis, ita me torque-

Deus querendus per vitam activam et contemplativam.

Homo natus est ad laborem.

Ver. 8. In necessitatibus et gravibus ad Deum confugio dum.

rem, aut in querelas tam acerbas prorumpere, nec diei nativitas mee maleficere; sed supplices ad Deum preces funderem, et ad ipsum converterem eloquium meum: existimabat enim Eliphaz Jobum ira precipitem de statu mentis dejectum, pro precibus, quas in tantis erumnis constitutus Deo supplices offerre debuisset, impia et blasphemam omnino verba reposuisse; in quo gravissime deiciebatur, quod verborum Jobi sensum ac vim minime intellexisset, ad externam duntaxat speciem eorum superficie tenus attendens, nec altissima que iis continebantur mysteria ullo modo penetrans. Unde accidit ut pharisaici quidpiam pateretur, Jobum in animo suo apud semetipsum despiciendo, seque ipsi tacite preferendo, tantum non dicens: Ego sane non probo Jobi mentem parum mentem, quin potius prosperis rebus utens ac hinc valens Deum precor, ut bonam mihi mentem conservet, atque ad communes hujus vite labores perferendos, nec non ad graviores, si quando ingruerint, calamitates generose ac constanti sustentandas roboraret augeatque. Homo quippe sum, humani nihili a me alienum putans, et ex hoc hietoso Jobi spectaculo manifeste disce ac video nihil fidendum prosperitati: quare nihilmetipsi bene consulo, dum calamitatis tempus antevertit, et animum meum ad quemvis eventum constanter excipendum ac fortiter tolerandum comparo, et auxilium Dei imploro.

Natura nos docet in magis difficultatibus deus in seipsum confidit.

Prudenter sane in erumnis et difficultatibus pro deprecationem confugit ad Deum, qui in natura ipsa inseruit tacitos veluti igniculos, quibus in horis gravibusque rebus animus attolleretur ad potentissimum eorum dominum et tutorem universitatis invocandum; quod nature testimonium divine urget Tertullianus lib. De Testim. anime, cum ostendit homines, qui de divinitate, deque magna Numinis potentia et augusta ejus maiestate ac providentissima in omnes benevolentia nihil unquam acceperint aut intellexerint, in miseris tamen afflictisque rebus oculos in seculum tollere consuevisse, et ebulliente in amicum sonum corde illud dicere: «Deus adjuva,» quasi foret non dubia ipsius animi et nature confessio, nullum sibi satis esse; pollens autem ac summum aliquod esse Numen et dominantem in orbe Deum, ad quem spectaret communibus vite erumnis et impotentibus aliorum violata oppressum et calamitate eripere ac liberare. Ita Plato in Theet. egregie asseruit homines in belli casibus, moribus, tempestatibus et summis periculis constitutos habere Deos ἀγορευε: καὶ οὐρανοῦ, πρῶτος et servitores: sic enim academici cum aliis presentibus in philosophia viris disputabant, pios omnes, qui animum suum a vitis et libidine avocarent, esse divinis charissimos, a quibus non poterant non bonis exemplis ornari et in adversa fortuna defendi: quam ob causam Themistius Orat. 3, τὸ πρῶτον ἰσχυρὰ, ἰδὲ ἐστὶν τοῦ θεοῦ ἐπινοήματα, et

voceat ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ ἐπινοήματα, ἀνεπαρξίμων ἰσχυρὰ, quod nimirum amicus ille Numinis favor pro gloria et clypeo esse videatur. Quod adhuc clarus et longe sanctius Propheta regis innuit, quando ingenti letitia delibutus ita exit Psal. v, 13: «Sento bonae voluntatis tuae coronasti me: bonam ipsam Dei erga nos voluntatem divinitus appellat scutum, quo non modo potentissime in acerba fortuna legimur, verum etiam, quasi omen sit victoria; vincimus ac triumphamus, et proinde nos illo dicitur coronari, non aureo gemmeoque diademate, sed insigni Dei humanitate, que fiduciam nostram inaurat, et palmis victricibus decorat; vel nos ait scuto coronari, hoc est velut atheno vallo circumcingi, et utique maniri, ut intelligamus ad illos, qui pia fiducia Deo se committunt, nihil adversi, nisi illo volente, penetrare posse.

Propitia Dei voluntas scutum noscitur.

Sed quid scutum ad coronam? quili scuti honor ad coronam pulchritudinem? scutum atheno est, corona aurea; scutum ad belli pulverem, corona ad victoriae letitiam comparatur: qui dat scutum bellum elamat, sudores et vulnera inmittit; qui coronam offert, victoriam, pacem, letitiam praedicat. Hoc quidem in hujus mundi stadio sic se habet, at Deus omnia simul largitur athletis suis, qui cum dat scutum non sinit etiam coronam desiderari; sed quem scuto armatum scutum corona condecorat, ut nihil desi, quod tibi non veniat in munere divino. Hinc utique apostoli, et religionis christiane lumina, viri sancti, qui omnes, quasi forent sub Dei lato et flammifero umbone tuti et muniti, pro coronam et herico symbolo hoc sumpsisse videntur: «In Domino confido,» Christi nimirum imitatione, de quo Judei fatebantur dicentes Math. xxvii, 43: «Confidit in Deo:» sic expressit D. Paulus honorato hoc elegio gloriatur Rom. xiv, 4: «Confido in Domino Jesu;» et ante evangelium David Psal. x, vers. 4: «In Domino confido.» Item Machabei victoris in egypti, quas non tam feram divinae fiduciae armis retulerunt, qui cum agerent apud suos de multitudine et potentia inimicorum in hunc modum loquuntur II Mach. viii, 18: «Illi quidem armis confident simul et audacia; nos autem in omnipotente Domino, qui potest et venientes adversum nos et universum mundum motu delere, confidimus.» Sic apud Hebraeos, quamdiu legis amor Numinisque timor vigilat, velut tessera illa communis audebatur: «In Domino Deo nostro confidimus,» ut Isaias testatur cap. xxxvi, vers. 7. Denique plene sunt utriusque Testamenti paginae et omnium litterarum monumenta gloriosis factis divinisque oraculis donata, que fiduciam hanc suadeant; pro qua hic Eliphaz aliquot versibus sequentibus praedicta quaedam ex divina gubernationis ratione deponit argumenta.

Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia Deo. 9. Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia Deo. 9. Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia Deo. 9.

ASQUE NUMERO. — Quoniam super. vers. admo. Dei 4

te sita non fiduciam excitare solent.

Omni potens non Dei.

Deus est casualiter et ambigenter omnipotens.

Deus est formaliter omnipotens et infinitus.

nuerat ut ad Deum se converteret, ejusque clementiam et opem in suis afflictionibus imploraret, ne ex pusillanimitate de sua desperans salute a divino auxilio invocando retardaretur, quod omnes fortunas suas jam amissas et insuperabili se morio insuper affectum cerneret; apertissime hic infinitam Dei potentiam magnificentiamque commemorat, ut doceat nullius res adeo afflictas ac deploratas existere, quas non facillime Deus, cum valuerit, possit erigere, atque in integrum restituere; idcirco in solo Deo fiduciam omnem esse collocandum. Ad hanc porro fiduciam duobus praecipue modis erudit nos Deus et quasi manducit, nimirum declaratione invictae potentiae suae glorioseque majestatis, cui nihil resistat; et immittens calamitatibus, a quibus nulla humana vis eripere et tueri possit, ut homines cognita imbecillitate sua, atque insuperabili Dei robore percepto, ad illum velut unicum in rebus profligatis perfrugium recurrant, qui solus possit omnia, et reliqua sine ipso nihil: quamobrem in Scripturis Ecod. xv, 3, vocatur *Omnipotens nomen ejus*, quod divine exponens S. Dionysius lib. De Div. Nom. cap. viii docet duplici modo Deum dici παντοδύναμον καὶ ἀνεπιόνητον, id est omnipotentem et insuperabilem; *Potens casualiter et eminenter*, a quatenus nimirum omnem potentiam in semetipso anticipat, et eminenter continet, ut omnis potentia et incircumscrippta producat, ut auctor ipsius esse potentie tam universali quam cujuslibet particularis; si quidem ab ipso est omnis potentia omnisque virtus, seu vis agendi et operandi, omnis vigor, omnis efficacia in omnibus rebus creatis, in terra, in mari, in astris, in lapidibus, metallis, plantis, animalibus, ipsisque angelis; in quibus omnibus vis omnis operandi aliquid est tenuis duntaxat participatio potentiae divinae.

Secundo dicitur *formaliter* «Omnipotens, quatenus scilicet infinitus est non solum omnem potentiam producere, sed etiam quod supra omnem quodque ipsam per se potentiam exstat, et quod de super possit infinitas alias rerum potuitas producere, et quod infinite et in infinitum producendae potentiae non possit superquam infinitam potentiae illius potentificae effectationem hebetare.» Deus igitur ipse in se formaliter est potentia infinita, vel potius ipsamet potentia infinita per se subsistens: potest enim omnia que mens creata potest concipere; que prorsus in omni genere et specie sunt infinita, s. g. infinitos mundos huic nostro mundo similes, et alios huic dissimiles, infinitos angelos, infinitos populos, infinitum aurum, argentum, lapides preciosos, etc., nec solum potest omnia que mens creata potest concipere, id quae in quantitate magna multitudine, quantitate ac perfectione, sed etiam quidquid ipse sua infinita sapientia potest extra vel intra se concipere; quae

infinities plura et magis mirabilia sunt, quam ea que possunt concipi a mente creata. Quidquid enim sua mente infinita potest interius concipere seu formare intelligendo, potest exterius producere et formare creando, et hoc modo potentia ipsius sapientiae coaequatur: porro haec omnia potest facere repente, sine mora temporis, et sine ullo labore, summa et infinita facilitate, solo nutu suae voluntatis, et solo verbo; quare longe facillius illi esset mille mundos novos excitare quam nobis nomen *mundus* pronuntiare; et tamen nobis nihil facillius verbo. Notandum tamen (ut in questione prorsus theologica praecise loquamur) quando Deum dicimus posse facere in omni genere infinita, hoc intelligit de infinitis *synecategorematicis* (ut scholastici loquuntur) non *categorematicis* sumptis, id est posse illum tot res cujusvis generis facere, et semper possit plures et plures sine fine, adeo ut nullus numerus tam magnus concipi queat. quin tot et plures sine fine possit facere; sic tamen, ut nunquam in infinitum actu, juxta probabiliores S. Thonae et multorum aliorum sententiam, quia repugnat creaturae actu esse infinitam, ut passim theologos docent.

Quoniam deus potest facere infinita.

Hic igitur infinitus potens Deus hoc loco ab Eliphazo dicitur facere «magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero,» quod forte coincidit cum illa Davidis sententia praedamiratione exclamantis Psal. cx, 2: «Magna opera Domini» item cum illa Psal. cxxxv, 4: «Qui facit mirabilia magna solus,» quibus verbis proficitur Propheta Deum solum et magna facere, et mirabilia operari; que licet ejus potentiam et sapientiam potissimum manifestent, attamen ejusdem quoque benignitatem non obscure declarant quod enim adeo magna et pulchra sint, officium potentiam ac sapientiam indicant; quod autem propter nos et in usum nostrum facta sint, conditoris eorum benignitatem ac immensam bonitatem mirifice commendat. Quapropter Vates quidem regius ex magnis Dei operibus nos ad potentissimi benignissimi Numinis confessionem ac laudem ubique excitat; Eliphaz vero eadem hic commemorat, ut proposita divinorum operum magnitudine vel insistentem, ut ipse perperam opinabatur, Jobi animum deprimeret aut sibi emigeret desperantem quamiam ad utrumque divinae potentiae consideratio plurimum valet, que in magnis, inusitatis ac formidandis operibus (que Psal. lxxv, 3, *inscrutabilia, mirabilia et terribilia Dei* nominatur) maxime relucet, quibus omnes, etiam superbissimi gigantes, qui vel caelum ipsum vis, et ferro et impia manu stulte moluntur, et coronati reges, et angusti imperatores, velint nolint, caput summi inclinant, et majorem quamdam manum robustioremque agnoscent necesse est; quod ut Jobo magis inculcetur, ad particularia quaedam Dei mirabilia descendit dicens:

per a dei magna sunt.

In his rebus dei potentia et sapientia et bonitas.

10. QUI DAT PLUVIAM SUPER FACIEM TERRÆ, ET IR-
RIGAT AQUIS UNIVERSA. — Mirabilem Dei in pluvie
imbrumque generatione ac dispensatione poten-
tiam providentiamque commendat, quam eodem
sensu David et isdem pene verbis deprecial,
atque inter magnifica Dei opera recenset, dicens
Psal. CXLVI, 8 : « Qui operit cœlum nubibus, et
parat terre pluviam, » id est, qui « facit e terræ va-
poribus nubes in sublimi concresecere ac cœlum
quodammodo operire, ut deinde solaribus radiis
aut aliarum planetarum influentis preparate ac
solute, terram ipsam, unde humorem colleger-
ant, fœcundis imbribus augeant, gravidentque
ad mirificos et multiplices fructus. Quod haud du-
bium esse omnipotentis atque divinæ virtutis in-
dicium oracula testantur, dum hanc superam
pluvie potestatem soli Deo propriam et aliis in-
communicabilem esse tradunt; ac veluti certum
et in'allibile vere divinitatis argumentum assign-
ant, quo tanquam signo distinctivo a falsis
Gentium diis distinguatur : sic enim Jeremias ait
cap. XIV, 22 : « Numquid sunt in sculptilibus Gen-
teim qui pluant? aut cœli possunt dare imbres?
Nonne tu es Dominus Deus noster, quem expecta-
vimus? tu enim fecisti omnia hæc, » ubi Aquila leg-
it, *quod est factus in cœlo creatoris cœli et terræ, numquid
est in vandalibus gentium qui pluat? q. d.* Vanum
esse nomen, cui non adsit potestas pluendi :
quam Paulus quoque *Act.* XIV, 16 esse verum
divinitatis testimonium proficitur Deum vivum
prædicans, qui non sine testimonio semetipsum
reliquit beneficiens de cœlo, dans pluvias et
tempora fructifera, implens cibo et lætitia corda
nostra. » Per *pluviam* quippe Deus cunctis mortali-
bus testatam esse voluit suam omnipotentiam ac
providentiam (que enim mortalium vis hoc opus
admirabilem tam frequens tamque utile perficere?)
nec non beneficentiam erga genus humanum
prorsus singularem, que homines hoc admi-
rabili artificio sustentat; quod, præter usum mortali
naturæ necessarios, delicias quoque parit innum-
erabiles, quibus non solum justi et amici Dei
Matth. v, 33, sed etiam injusti (super quo etiam
pluit) perfruuntur.

ET IRRIGAT AQUIS UNIVERSA. — Hoc posterius hemi-
stichium a quibusdam interpretibus non tanquam
prioris explicatio, et veluti amplior ejusdem rei
expositio, ac vocalibus synonymis (prout in *Psal-*
mis passim fit) repetitio accipitur; sed de fluminibus
explicatur; quorum videlicet exundatione,
non secus ac Nili in *Ægypto*, pluviarum defectus
suppletur *Deuter.* XI, 40 : « Ubi jacto semine in
hortorum morem aquæ ducuntur irrigue; » vel
sicut in paradiso, olim deliciarum loco *Genes.* II, 5 :
« Priusquam pluerat Dominus Deus super terram,
fons ascendebat et terra irrigans universam su-
perficiem terræ. » Verum ut bene cum Sancto
nostro Pineda notat, si textum hebræum et graecum
consulamus, hoc etiam ad pluvias, de qui-
bus in priori hemistichio agitur, referendum esse

Fluvius
autem
supple-
ntium
pluviarum.

intelligemus : in Hebræo enim est *וְשֵׁלַח מַיִם עַל הָאֲרֶזֶת* *vescolahh maim al pene hutsoi*, id est,
et irrigat aquis superficies platearum, significans
non solum agros et hortos agricultorum et horti-
lanorum labore ac industria subactos et consi-
stos, sed plateas etiam et loca infrugifera cœlesti
pluvia irrigari. Septuaginta vertunt, *ἀποδίδωται*
ὕδωρ ἐπὶ τῶν ἐν ὕψους, qui mittit aquam super eam
quæ sub cœlo, quod Scylion exponit, *ἐπὶ τῶν ὑψώσεων*
ἕρσιον, super faciem extimorum; quod de flumi-
nibus dici non potest, quæ nec totam quæ sub
cœlo est terram operiunt unquam, neque univer-
sam ejus superficiem irrigant, quemadmodum a
pluvia quotidie fieri videmus, quæ ipsamet etiam
montium cacumina et qualibet loca hominibus
inaccessa pervadit, juxta illud *Job* XXXVII, 23 :
« Quis dedit vehementissimo imbri cursum, ut
plueret super terram absque homine in deserto,
ubi nullus mortalium commoratur? » de quo suo
loco.

Ceterum cum pluvii nonnunquam Deus, ut
justitiæ instrumentis, ad vindictam et supplicium
de improbis sumendum et orbem sceleribus in-
quinatum diluvio delendum usque fuerit, huc ego
potissimum illud censeo; quandoquidem, ut ex
præcedentibus et sequentibus patet, tota hæc Eli-
phazi oratio ad Jobum perstringendum, et ocu-
liti alieque criminis, ob quod in tantas calamita-
tibus incidit, arguendum et convincendum or-
dinetur, ut tandem aliquando culpam suam ag-
nosceret, et cum Deo in gratiam rediens, delicti
sui veniam ac supplicii remissionem obtinere
mereatur : suadet enim Jobo ut ad Deum se
convertat, quemadmodum vers. 8 dictum est,
eumque deprecator, « qui dat pluviam super
faciem terræ, et irrigat aquis universa, » id est,
qui imperat nubibus, ut se cogant et addensent o-
nentque imbre, tum patefactis subito cataractis
fluvios immittant in orbem terrarum, quibus, si
voluerit, eluvione perdat omne genus humanum :
quod enim semel Deus fecit id cum libuerit fa-
cere potest. Eant nunc de stirpe Enacim famosi
illi a seculo et robusti bellatores; eant purpurei
principes, qui ut dii colerentur, quibus nihil
dominetur; videant sub aquis in denso illo luto
et ranarum vermicumque regno, an in fortitudine
brachii sui, aut divitiarum copia, aut multitudine
armatarum fiduciam ponere possint, et adversus
Deum magnifice triumphantem et dominantem
consistere. Merito hic cum regio Vate excla-
mare *Psal.* LXXXVII, 7 : « Quis in nubibus æqua-
bitur Domino! » illi, inquam, qui roris pluvieque
dominus est, « qui levat nubes ab extremo ter-
ræ, » ut ait Jeremias cap. LI, 16, de quo eleganter
quoque Job in physiologie arcanis theologus
cap. XXXVII, 28 : « quis, inquit, pluvie pater, vel
quis genuit stillas roris? » Sed de his suo loco,
cap. XXVI, 8 et cap. XXVIII, 36 et cap. XXXVII, 28,
ubi etiam mysticas et morales pluvie acceptio-
nes explicabimus.

Pluvia
etiam
di-
vini
sup-
plicii
instru-
mentum.

11. QUI PONIT HUMILES IN SUBLIME, ET MOERENTES
ERIGIT SOSPITATE, — id est, eos qui sub pedibus
omnium esse videbantur attollit quasi in aureum
currum misericordie triumphantis, et per oculos
non dicam hominum verum et angelorum circ-
cumdudat, ut miserationes Numinis infinitas ipsi
agnoscant : non solum enim improbos puniendo
atque superbos deprumendo potentiam suam os-
tendit Deus; sed vel maxime illum humiles exal-
tando, et moerentes consolando et sospitando
manifestat, summæ enim potestatis argumentum
est posse excitare jacentes, et ruentes sustinere;
hi ne cadant, illi ne in sordibus ac pulvere ta-
bescant. Plurima sane sunt in Scripturis monu-
menta et exempla, quibus aperte ostenditur Deus
exaltandis humilibus quasi lotus inebriare, nec
ulla re magis quam humilium exaltatione glo-
riari, adeo ut illud præ cæteris eximium et ve-
luti proprium quodammodo Dei munus esse vi-
deatur; quod experientia compertum habens et
admirabunda mente considerans David jure me-
rito exclamavit *Psal.* CXXI, 5 : « Quis sicut Domi-
nus Deus noster, qui in altis habitat et humilia
respicit in cœlo et in terra! » ubi inter alias ad-
mirabiles divinæ potentie ac providentiæ ratio-
nes hanc potissimum admiratur et extollit; quod
nimirum excelsus cum sit Dominus humilia res-
piciat, nam magni plerumque magnos diligunt,
et supremi sæculi principes alios sui similes,
nempe nobilissimos et illu-strissimos, amore suo
dignos ducent. Non ita Deus noster « qui in al-
tis habitat; » et cum natura sua immensus et ex-
celsus sit, « humilia respicit in cœlo et in terra. »
Ad quem locum pulchre Prosper : « In altis,
inquit, Dominus habitat, id est in sanctis et spiri-
tualibus atque cœlestibus; et humilia respicit, id
est ipsos sanctos nunquam in se, sed semper in
Domino gloriantes : delectatur enim altitudine
humilium et humilitate celsorum in cœlo et in
terra : hoc est, quorum conversatio in cœlis est,
licet mortali sint carne circumdati. »

Respectus itaque humilium, quo a Domino
respicitur ut coli sui, ut ipsa humilitate subli-
mes, respectus est benignitatis et amoris : respicit
enim eos ut ipsius honoris avidos, atque humi-
litate decoros; et ad eos diligendos trahitur,
quia cum eos justos et sui similes fecerit, eximio
quodam ipso amore dignatur. Humilibus nempe
nihil aliud curæ est nisi honor Dei : nam illum
honore afficiunt, dum eisdem omne bonum tri-
buentes, seipsos conatusque suos appetissima
compulsi veritate continentur; illos autem qui
Deum honorant ipse gratissimos habet, eisque
abundantissimam gratiam impertit. Qua ratione
nos Ecclesiasticus cap. III, 29 ad humilitatem hortatur
dicens : « Quanto magnus es, humilia te in
omnibus, et coram Deo invenies gratiam : quoniam
magna potentia Dei solius, et ab humilibus
honoratur. » Nihil sane pretiosius, nihil desiderabi-
lius, quam apud Deum invenire gratiam, et

Pro-
prium
Dei est
humiles
exaltare.

Deus
cum sit
altus hu-
milia res-
piciat.

Humili-
bus solus
Dei honor
satis est.

ejus amorem ac benevolentiam promereri; si
hanc igitur tibi conciliare cupis, quanto major
fueris, tanto magis te abjice, tanto modestus de
te cogita, tanto verius aliis te submitte, ut hunc
thesaurum gratiæ Dei possidere merearis. Neque
vero gratiam duntaxat, sed et gloriam, eamque
eximiam, humilitas promeretur apud Deum, qui
ut in Annæ cantico est *I Reg.* II, 8, « suscitavit de
pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem,
ut sedeat cum principibus, et solum gloriæ ten-
neat; » quo spectat etiam illud Davidis *Psal.* CXXI,
7 : « Suscitavit a terra inopem, et de stercore erigens
pauperem, ut collocet eum cum principibus,
cum principibus populi sui, » quod ab Anna vide-
tur mutuatum Propheta regius, minime erubescens
a femina, insigni humilitatis exemplo. Discere, il-
liusque doctrina suam illustrare. Quom locum
Theodoreus cum altero componens, utrumque
deinde explicat de vicissitudine temporalis miserie
ad temporalem felicitatem; quamvis illam aliam
vicissitudinem spiritalis miserie ad spiritalem felicitatem
non excludat : « Cernimus, inquit, hæc
ipsa a Deo universitatis continuo fieri : sic B. Davi-
dem, cum pastor esset, regem fecit; et Josephum,
cum in servitute incidisset, in regali constituit
solio : sic Moysen, cum opilio esset, populi gu-
bernatorem declaravit, Pharaonisque deum ele-
git : sic genes impietatis paupertati servientes,
et in peccati stercore sedentes, bonis, que Israeli
concessa fuerant, dignatus est : sic humanam
naturam, cum in ipsum mortis profundum inci-
disset, assumpsit, et sursum erexit, et collocavit
super omnem principatum et dominationem et
omne nomen, quod nominatur non modo in sæ-
culo hoc, sed etiam in futuro. » Atque hoc est
quod B. Virgo Deipara in cantico suo cecinit *Luce*,
I, 32 : « Deposuit potentes de sede, et ex-
lavit humiles, » que cum sint obvia notissima, et
passim decantata, et a pluribus scriptoribus
interpretibus illustrata, non opus habent
majori explicatione.

Humili-
tas more-
tur glo-
riam
exalta-
tionem.

ET MOERENTES ERIGIT SOSPITATE, — id est homi-
nes luctu et moreore confectos, de quorum sa-
lute omnes diffidunt, subito recreat, reficit, et
cunctis doloribus liberat : sic liberavit Henoch et
Eliam de communi morte, Noe de diluvio,
Abraham de Ur Chaldeenorum, Isaac de hostia et
de manu patris sui Abraham, Lot de Sodomis et
de flamma ignis, Moysen de manu Pharaonis re-
gis *Ægyptiorum*, Davidem de lacu leonum, tres
pueros de camino ignis ardentis et de manu re-
gis iniqui, Susannam de falsæ crimine, Davidem
de manu regis Saul et de manu Goliæ. Quam di-
vine tutelæ providentiam sane maximam in se
luculenter expertus David etiam alios secum ad
laudes Deo decantandas invitavit dicens *Psal.*,
XXXIII, 4 : « Magnificate Dominum mecum, et exal-
temus nomen ejus in idipsum, » et post pauca
de se dicit : « Iste pauper clamavit, et Dominus
exaudivit eum, et de omnibus tribulationibus

Deus
moerentes
erigit
et solat.